

Appendix ad Europa Nr. 4.

Regnum Mortuorum.

Litterae Familiares

inter

Vivos et Mortuos.

Annus 1807. ad suum successorem Annum 1808.

Ex abyssu aeternitatis 1. Januarii 1808.

Dum jam *in*ecum eo deventum est, ut diceretur, para-
 te, et dicito mundo bonam nocem; nam successor tuus jam
 stat ad fores; tunc ita *in*ecum, hem! quae lamenta, qui
 planctus, dum me valedicere oportebit? Ast quantum fefelli
 meipsum? Omnes homines jam fuerant ad discessum meum
 praeparati, lacti atque jucundi; et dum hodie hora 12 no-
 ctis mundo, et gubernio meo valedixi, nihil nisi gaudia,
 tripudia, et exultationes audivi — Felix novus Annus! Di-
 didici ego homines nosse; stulti, gaudent, se uno anno seni-
 ores, tumuloque propiores evasisse; ac in incerta venire
 tempora, longeque fragiliores esse.

Vide, dilecte frater, talis est mundus, tale est obje-
 ctum intimioris compassionis nostrae, tales sunt homines,
 quibus tu, una quidem die diutius, ac ego, dominaberis;
 es enim annus Intercalaris. Ego jam dejectus sum in ba-
 ratrum aeternitatis. Sciveris dilecte frater! me non fuisse
 litteratum; tempore regiminis mei nullum solidius opus,
 ast merum *Lirum farum* prodivit, nam hac aetate scientiae
 in ollulis reclusae sunt. Volebam etiam tibi in bona chari-
 tate svadere, ne studeas annus eruditus evadere, sed via
 recta progredi, nec elatum stilum, ast consuetudinem sic dicti
 mundi sequi velis; nam crede mihi, me sublimis eruditi-
 onis homines semper metuisse. Crede mihi ad verbum, dari
 inter illos tales, qui se sapientiores reputant Deo, factore
 coeli ac terrae; saepe cum tanta praefidentia erga semetip-
 sos loquuntur, ut alteri honesto viro, qui tamen etiam ali-
 quando sentit, et quid rectum sit, novit, saepius suspiria
 deficient; seque, quod stomachum movet, sapientiores re-
 putant, quam, requiescat in pace, piae memoriae Kantium.
 Noli tu cum talibus hominibus conversari, qui caput homi-
 nis tandem ita confundunt, ut ignoret, quid agere expediat.

Sedecim fratrum nostrorum, qui nos praecesserunt, erant factis adeo memorabiles, horridisque ac ingratis eventibus adeo frequentes, ut 6 primi eorum merito eversores dici possiat; his successerunt alii, quibus nomen *heroici* convenit; Duo elementa terra et aqua sunt mutuo in aperta pugna, et prodixerunt heroes, aliosque celebres viros.

Quid erat agendum? Heros in mari semper amicos in terra quaesivit, et heros Continentis tamdiu pugnare debuit, donec cum omnibus, qui Neptunc adhaerebant, pacem conclusit; Jam nunc omnis Europa facit rem communem cum heroe continentis, Oportebat multa bella gerere, copiosumque prodigere sanguinem, donec Dominatores continentis contra Neptunum, qui maribus orbis totius dominari vult, concitari potuerint; quod tandem tempore mei regiminis pace chronopolitana factum est; eram ergo ultimus annus heroicus, in quo tempora Magni Alexandri redierunt, circa quae tibi novam do Instructionem. Quam pulchra tibi incumbit obligatio? Annus 1808 deberet nomen Mentoris, idest Educatoris obtinere. Munus tuum erit, generi humano aliam dare Educationum tam relate ad regiminis novam, quam et relate ad Phisicum; aut saltem hanc novam educationem inchoare; hanc duram obligationem volo tibi explanare.

Per Annos heroicos omnia mutata sunt in Europa Reges pulsati, aut saltem potestas eorum constricta; Pax vestralica evanuit; novae regiminis formae, novae leges, novaeque Institutiones introductae; tu ergo, chare frater! debbis homines ad haec nova principia reducere, atque adeo Mentor esse. Quid quid in scholis hactenus de jure gentium, et aliis legum Institutis traditum erat, nullius est jam valoris; libri veterum Jurisperitorum ad nihil amplius valent, quam pro caseariis fornicibus. Officii tui erit, novam Jurisprudentiam, genio temporum accommodam inducere; hic erit labor Mentoris.

Sed longe alter, longeque adhuc gravior labor justitiae tibi dabit Mentoris nomen. Jam a 100 et ultra. annis ingeneratae sunt in homines deliciae, quae jam in naturam transierunt, quae merces aliarum orbis partium necessarias effecit. Pro jentacolo debet esse Caffé, aut Thea; Cibos suos condiunt productis utriusque Indiae; quod plus, ipsi Medici sua Medicamenta ex aliis praescribunt Mundi partibus, ut destructam hominis machinam reparent. Politici Arismetlici calculant sammas, quae ex sola Germania hoc sine effluxerunt, ad 30—55 milliones thalerorum. Hinc enatum est aliud etiam negotium; quippe jam inde a 20 annis invectae sunt in Anglia machinae, quarum medio amantissimae merces paucis adhibitis manibus, adeoque leviori

praetio
in Angli
German
sim acco

Hi
ter poss
luit, do
nullum
laque m
minibium
Sed sub
cipiis de
frangat,
alteram
sit, ex
habuisse
lem effe
Gallia,
potential
erat res
potenti

Qui
nente, q
ideo deb
abstracta
politana
dunt por
ex angli

Nun
1808 deb
primum
crede mi
tos, a po
non amp
interdictu
tium nece
bellum,
dici loco
bunt. Ge
bunt ex v
madmodu
et recipie
tis enerv

Natu
etiam ali
polum An
ut Germa

praetio fabricabantur, pro quibus pariter ingentes summae in Angliam migrant. Hoc genus commercii cumprimis pro Germania summe nocivum est, quia inde Angli nihil vicissim accipiunt.

Hic vivus divitiarum fons excitavit aemulationem inter potentias maritimas, ex quo quis aliquid haurire voluit, donec Angliae potentia in eam excrevit molem, ut nullum concurrentem pati; sed omnia sola ipsa habere, solaque maribus dominari velit. Contra hocce affectatum dominium consurrexerunt aliae potentiae, cumprimis Gallia. Sed sub tempus revolutionis Anglia fideliter inhaesit principiis dominatus, et sistemati, ut alias potentias maritimas frangat, naves earum rapiat, et classes earum unam post alteram evertat; quod etiam factum est, ut jure dici possit, ex gallicana revolutione Angliam plurimum commodi habuisse, quod nempe in mari semet propemodum invincibilem effecerit. Si revolutio non fuisset, facile conjunxisset Gallia, quemadmodum bello americano, omnes reliquas potentias contra praedominium Angliae; post revolutionem erat res jam serotina; Neptunus enim anglicus tridentem jam potenti manu adpraehendit.

Quid ergo agendum erat? Gallia gessit bella in continente, quia potentiae continentales Angliae adhaerebant, et ideo debuit Gallia omnes armis convertere, ut ab Anglia abstractas contra eam vertat; hoc est tandem pace chronopolitana factum. Nunc jam omnes potentiae Europae occludunt portus suos navibus, et mercibus anglicanis; quid quid ex anglia venit, non datur terram Europae contingere.

Nunc ergo, dilecte frater! incipit munus tuum; Annus 1808 debet in Europa novam educationem incipere cujus primum principium erit, carere mercibus anglicanis; hic, crede mihi, non est facilis labor. Homines dulcissimi asuetos, a potu Caffae abstrahere! sed necessitas franget legem; non amplius venient merces coloniales, et si strenuum hoc interdictum adhuc 6. mensibus perduret, educationis negotium necessitas facilius reddet — sed Angli volunt aeternum bellum, ergo etiam aeterna carentia sfilium mercium. Medici loco Corticis peruviani alia roborantia quaerere debent. Germani more Antenatorum jentaculum suum parant ex vino, aut Cerevisia, et sic viri in Germania, quemadmodum tempore Julii Caesaris fuerant, erunt Gigantes, et recipient vires suas, quas esculentis et poculentis delicatis enervabant.

Natura sapienter providit, ut ubi homines habitant, ibi etiam alimenta crescant: haec natura plane Lappones ad polum Arcticum sustentat, quae si vidisset necessitatem, ut Germanus fabis arabicis vivat, certo eas etiam in cam-

pis germanicis produxisset. Vixerunt veteres Germani diu et bene etiam sine his fructibus, cur ergo Descendentes eorum id facere non possent?

Macte igitur animis! adgreditor opus educationis novae tam pro novis regiminum formis, quam pro carentia mercium anglicanarum. Veniet tempus, quod non amplius procul abest, ut homines te, dilecte frater, aestimare discant; ubi glaucoma de civitatum oculis decidet, et tandem optimo jure de te dicetur: Annum 1808 Europaeis primam doctrinam de abstinentia a mercibus colonialibus dedisse; cum fuisse primum eorum Mentorem, qui eos ad usum domesticorum suorum productorum deduxit, et causa prima fuit, quod, quia nemo amplius merces coloniales emit, Anglis non aliud restet, quam tales in mare projicere; sic pecunia manebit in patria, et successores nostri cum gaudio exclamabunt. — Anus 1808 fuit primus Mentor, et Educator felicitatis nostrae. — Heu felix novus annus!

Diarium Politicum.

Adhuc non videt mundus Angliae ad pacem propensionem. Ministerium anglicanum inhaeret bello, et adhuc nunc nova, quorsum? incertum, paratur expeditio. *Canning* est inflexibilis, quod ille voluit Olissipone, et Hafniae, factum est. Quae *Pitt*, hic Anglicani Ministerii. Goliathus fecit, sunt nugae nugarum comparate ad gigantea plana Canningiana. — Rex Hollandiae etiam obtulit Angliae suam intermediationem, sed responsum adhuc non accepit. Ante Majum nihil in Baltico tentari potest, forte ad hoc tempus fiet *Canning* mollior. Illis, qui dicent, Angliam diutius posse bellum sustinere, respondeo: Quid quid natum de muliere, ignorare, ubi pax jam vincita haereat. Inter haec potentes in anglicis portibus parantur expeditiones. Tristes pro pace aspectus!


Juxta quartum constitutionale statutum Anno 1806 Regni Italiae adoptat Imperator Napoleon Principem Eugenium Proregem Italiae, eidemque ad casum defectus sui in sexu masculino destinat coronam Italiae, in casu autem, si etiam Eugenii sexus masculinus deficiat, statuitur, ut successio in regimine Italiae deveniat ad filium, aut proximum descendentem Imperatoris, qui pro eo tempore in Gallia regnabit. — Anglia declaravit formaliter bellum contra Russiam. — Fortificatio suburbii Praga ad Varsoviam cum fervore continuatur, quem in finem adhuc 114 domus diruenda debent, quarum praetium aerarium solvit.

et
um

o-
tia
us
di-
m
m
e;
o-
na
n-
e-
to
u-

si-
uc
n-
e,
us
na
m
te
us
us
u-
o-
es

e-
e-
in
si
c-
m
e-
s-
r-
ua



T
pum e

R
narras

T
rarunt

R
Tartar

tantus

ut erat

unde C

serant,

cit im

tem do

quam

ex extr

golus,

ejus in

quam e

T
bit. Pe

rum, c

di. Hin

commu

350 hor

celebris

gam A.